

11/15  
Case C-45(2)

~~bz 2 2/6 w=11~~



72 fol. (con 3 hoj. al principio y otras tres  
al fin en bl.)

15 Mayo - 1912

Autógrafo de Francisco de Acosta  
Societatis Iesu.



*to be written in ink*



PATERIS TAC  
us, in dono operum tuorum  
nam tenet inter Virginem DILE  
ctissimum suum fratrem quoniam ab eis  
ministratio est clavis et regnum  
pendebat. Utrum id expeditum  
ex aliud quocunq; De preciis pote  
tis dictationem huc sumptu ad  
icandala viri auctoritatem

## CAP.



*di*  
R. PATRIS <sup>Franciscu</sup> ACOSTA  
*Societatis Iesu Primarius Preceptor.*

*Copiado el d<sup>o</sup>. Pedro  
de Monroy*

# BREVIS TRACTA:

tus, in quo ostenditur senten:  
tiam tenentem Virginem DEI:  
patam suisse præseruatam ab ori:  
ginali, posse definiri de fide: ex:  
pendit, Vtrum id expediat &  
an aliud quodcunq<sup>s</sup>, Decretum præ:  
ter definitionem hoc tempore ad  
scandala vitanda sufficiat.

*Del Coll. dela Compa de Jesus de Granada Archiv.*

## CAPVT I.

- Ostenditur posse definiri de fide Vir:  
ginem ab originali suisse præseruatam.

Cordi non est disputare in praesentia. Vtrum Vir:  
go fuerit ab originali præseruata ex meritis Christi  
Domini universalis omnium redemptoris: Soc enim eues  
actum agere à præstantissimis Theologis et antiquoribus  
et recentioribus qui laiculorum Sac de re tractarunt et sum:  
ma cum eruditione ex sacris literis et SS. PP. nec minori  
rationum pondere et ingenij acumine varijs disput. et in:  
coad. partim prelo mandatis, partim manu tantum



AT 200 Auct 218 TAT. R.  
scriptis Sanc partem ita firmarunt ut opera pretium  
non sit in ea amplius immorari. Legi possunt Cathe-  
lobi p. Epis ex religione S. Domin. Pro imma-  
culata Virginis Conceptione Canis. 1. p. de Virgine  
Dei para Salmeron l. 2. in Epistola ad Rom. ad dicitur:  
p. 49<sup>o</sup> usq; ad 52<sup>o</sup> Bell. lib. q. de ratione peccati  
et a cap. 15. Suarius 2. tom. 3. p. disp. 32 sent.  
32 Vasqu. 2. tomo 3<sup>o</sup> par. tota disp. 17. Argit.  
Lusit. disp. de Immaculata Conceptione toto ferè  
lib. 3<sup>o</sup> qui plurimos refert DD. scholasticos et la-  
cros pro hac sententia et validissimis rationibus ei-  
dem confirmat decumptis ex summorum Pontificum  
Bullis et Decretis acq. ex sacris locis, et certe  
universalis ferè Ecclesia sensus Sicut subscribit sen-  
tencia si paucos excipiamus ex Sacra religione S. Ti-  
Dominici qui S. Tome doctrina omnino addicti  
sunt arg. in verba Magistri iam simul iurazunt  
Neque etiam in animo erat ostendere prædictam  
sententiam de Praeservata Immaculata Virginis  
ab originali per Ecclesiam definiri posse de fide  
ita ut iam omnis Sac de re controversia apud Calo-  
licos aboleretur, Soc inquam in animo non erat P.  
Quia si unum excipias Canum 1. 2. de locis c. 3.  
p. 4<sup>o</sup> Concl. reliqui Theologi et quidem præstan-  
tissimi non dubitarunt posse per Ecclesiam, Sanc  
controversiam ad alteram partem definiri. 2. Quia

Reg.

2

Reges. Cat. ac Principes præ abitis graui:  
zimis doctorum Sominum consultationibus, iocmq;  
celeberrime Christiani Ordinis Academie Prelati  
ac Ecclesia Cathedrales, grauius<sup>r</sup> et doctiss Reli:  
giones instantiss<sup>r</sup> à Summo Pontifice u<sup>r</sup> ut de fide  
definiatur exposunt, non postularent autem nisi  
id possibile in expediens iudicarent, ut manifeste  
patet. Quis ergo audeat corra communem graui:  
zimorum et dochissimorum Sominum sensum negare  
posse Sanc controvrsiam ab Ecclesia definiri sine  
grauia temeritate? 3: Quia misi ita cūdens est  
Suismodi controvrsiam esse definitibilem ut super:  
fluum iudicarem Sac de re disputationem instinere  
verum quia intellexi non nullis in Soc puncto ua:  
cillare capisse eos alios palam asseruisse, non pos:  
se definiri de fide Beatam Virginem fuisse p̄r:  
severatam ab originali paulo lentius quam decre:  
veram in Sac materia immorabor, et monstrabo  
Prafatam controvrsiam posse per doctorum Ec:  
clesia terminari et definiri Beatam Virginem nun:  
quam contraxisse originale peccatum.

Quoniam vero aliqui dicunt controvrsiam Sac  
de Preservatione B. Virginis ab Originali ad  
neuram partem esse definitibilem ut Canus alij ut  
dico, dicunt esse quidem definitibilem, non tamen  
quoad partem affirmantem Berg. præseveratam

fuisse sed quoad partem negantem talen Praeserua-  
tionem contra uorinq; si illam agendum est. Et pri-  
mo quidem contra primos Soc cap<sup>e</sup> et contra poste-  
riores in sequenti.

Proponitur Sententia & funda-  
menta Cani negantis posse hanc  
controversiam definiri.

Canus istius lib: 7: de locis cap: 3: l. 4<sup>o</sup> Con-  
tinuit non posse definiri de fide B. Virg. fuisse  
ab Originali praeseruatam, neq; etiam non fuisse quod  
duplia fundamento probat. P.<sup>m</sup> Hic potest Ecclesia  
definire de fide nisi id inuenias in Sacris litteris aut  
in Apostolicis traditionibus reuelatum, vel certe nisi  
ex Similiori reuelatio certa ualeat connexione de-  
ducatur, sed neq; in sacris litteris, neq; in Apostolicis  
traditionibus reuelatum est B. Virginem fuisse ab O-  
riginali praeseruatam, neq; eam non fuisse, item que  
neq; ex reuelatis absra pars Sacram certa consequi  
colligi potest. Ergo neutra per Ecclesiam definiti  
potest de fide. Major et consequentia patet. Minus:  
rem probat Canus quod utramq; parvum. Quoad  
primam: Quia si sacras litteras inspiciamus nibil  
in eis inueniuntur quod Sacram Virginem ab Origina-  
li praeseruatam ostendas, quin potius inueniremus  
regulas

regulas et leges uniuersales comprehendentes sub  
 peccato originali omnes filios adam carnali propa-  
 gine ab illis descendentes sine illa exceptione ut infe-  
 riors referemus. Quod vero attinet ad traditiones A-  
 postolicas inquit Canus illas non per alios quam  
 per Episcopos antiquos et Santos DD. Apostolicos  
 successentes ad nos usq; pervenire, sed constat prius  
 eos D. Dei posteris non tradidisse, ergo non po-  
 tent definiri virginem fuisse præseruatam cum in  
 neq; in sacra Scriptura neq; in Apostolicis tradicio-  
 nibus inueniatur reuelacionum. 2<sup>a</sup>. vero pars eius:  
 dem minoris quo neq; ex reuelationis evidenti conse-  
 quentia inferri posse ut ratio proximè facta ostendat,  
 potius enim ex uniuersalibus locutionibus Sacre  
 Scriptura et SS. Patrum reminem excipientium a  
 peccato originali colligi potest neq; virginem excipi-  
 entiam esse. Quod uero neq; possit definiri virginem  
 Iudicissimam non fuisse præseruatam ab Originali  
 ex eo manifeste colligitur (inquit Canus) quod a le-  
 ge uniuersali per singulare Privilegium unam Dei  
 Matrem excipere sacrarum litterarum fidei nullo  
 modo aduersum est: alioqui cum sacre littera in  
 uniuersum clament. Non uidebit me homo et uiuet.  
 Deum nemo uidit unquam, qui Paulum aut Moy-  
 sen exceptisset contra sacras litteras pugnasset.

2<sup>a</sup> Fundamentum. Cani est. A posteriori.

Sixtus 4<sup>o</sup> Conc. Later. sub Leone x<sup>o</sup> et Trident.  
quatuor Sacrae sciamens tunc temporis maximè agi:  
tabam et à plurimis postularum fuisse ut definirent  
illam tamen non definierunt. Ergo signum est neus  
tram partem praedita controversia posse tanquam do:  
gma fiduci Catholicum approbari Antecedens constat  
Consequet vero probatur quia si aliqua pars Suus  
controversia definibile esset sine dubio definiretur ut  
Sacra in re concordia foret inter Catholicos et omnium  
fere postulatis satisficeret; Atq; Sinc conclusis Ca:  
nus in pari errore iuersari, qui alterutram partem  
ad Catholicam fidei attinere posse crederent et addidit.

vvvvv  
vvvvv

Difficile est hoc dicere. Credo, si in concione quera:  
tur, at hoc loco ex dispute facillimum; non enim  
sic vulgi imperitia ceteramus sed eos instruimus qui  
vera germana q<sup>u</sup> Theologia solidam et expressam ef:  
figiem tenere cupiunt, nec fugientes umbras persequi.

Addo 3<sup>o</sup> argumentum longè difficilius prece:  
denribus quia cordi non est Sacra in re aliquid ocul:  
tare, sed veritatem sincero animo inquirere et in:  
quisitam defendere ac confirmare.

Argumentum igitur sic: Nihil potest esse de fide  
nisi immediate et formaliter à Deo revelatum sit. Aqui  
neutra pars Suus controversia est formaliter et im:  
mediae revelata. Ergo neutra potest esse de fide ac  
proinde nec per Ecclesiam definiri, quia Ecclesia nō  
potest

potest aliquid de fide decernere nisi inuenias secula-  
 tum in Sacris litteris vel traditionibus ut constat ex  
 materia de fide. Consequens pater Maier probi-  
 quia Motum fidei est immediata reuelatio Dei  
 Ergo nisi Sacra deus circa aliquod obiectum credens  
 dum neq; fides de illo esse poterit neq; satis erit quod  
 virtualiter reuelatum sit id est quod colligatur per  
 evidenter consequentiam ex formaliter reuelatis q;  
 Similiter reuelatio virtualis sufficit quidem ad assen-  
 sum Theologicum non tamen ad fidem qua in hoc  
 distinguitur ab assensu Theologico, quia Fides solum  
 assentitur ipsa qua Deus immediate reuelavit, et pro-  
 pter immediatam reuelationem ac uero Theologia  
 assentitur mediare et virtualiter reuelatis Socio eius  
 qua colligit ex reuelatis mediante discursu. Neque  
 satisfacit quod Basque 1<sup>a</sup> p<sup>o</sup> dist<sup>o</sup> cap<sup>o</sup> 3<sup>o</sup> notavit  
 nimurum per discursum Theologicum applicari re-  
 velationem Divinam ad Concl<sup>u</sup> evidenter deducatas  
 ex reuelatis atq; ad supra discursu Theologico  
 tanquam applicante reuelationem posse credi per  
 fidem Soc inquit non satisfacit quia Theologus qua-  
 tenus deducit tales Concl<sup>u</sup> ex reuelatis quantumvis  
 evidenter colligat non ostendit nec proponit Deum  
 illas reuelasse, sed solum reuelasse aliquis unde  
 Concl<sup>u</sup> illae evidenter inferuntur. Ergo ex uero talis  
 discursus non proponitur nec proponi potest imme-

data Declaratio Dei si quidem Sac non datur dicitur.  
In Concepsum supponimus ac proinde non proponimus  
necessarium motum ad assensum fidei. Exempla  
res illustrant ex illa propositione reuelata, Christus  
est homo colligit Theologus ceteros esse visibiles  
quia omnis homo est visibilis, ut in philosophia cui:  
demonstratur. Pater autem Christum esse visi:  
bilem non esse formaliter reuelatum a Deo, sed solum  
reuelasse esse dominum, unde illud dominicale Phil  
naturalis inferatur. Ergo ex illo Theologico discur:  
su non potest colligi, neque proponi Deum immediate  
reuelasse Christum esse visibilem, sed solum aliqui  
discire ex quo supra Phil naturali id colliguntur  
ac proinde Concepsum illarum non potest esse materia  
Fidei. Secundum Theologia donet aliunde ostendatur  
immediate a Deo reuelari.

Manifesta ergo est maior propositionis argumentum  
ut propria visibil posse esse de fide, et ab Ecclesia  
ut tale definitio non sit immediate et formaliter a  
Deo reuelatum, quod nusquam non sit formaliter nec  
immediate reuelata alterius pars. Sicut controversia  
de Preservatione B. Virg. ab originali manifestum  
videtur quia neque in scripturis invenitur ne:  
que in Traditionibus Apostolicis quia St. LL. ac DD.  
Sac de re vere loquuntur et quod maxime notandum  
est utriusque partis assertores non illi adserentes tan:  
quam

5

quam dogmati Fidei atq; ad in Sac massia non  
est Traditio quæ possit fundari Fidem quia ad Soc  
opozueret ut unam aut alteram partem traherent  
tangam Dogma Fidei non uero simpliciter et  
absolutè ut opinionem et particularē sententiam.

**Traditur vera sententia quæ  
indubitanter asserit hanc con-  
trouersiam esse definibilem per  
Ecclesiam.**

Hic non obstantibus indubitanter asserendum est  
conuersiam Sacra posse per Ecclesiam ad alteram  
partem definiri de fide. Haec fuit et est communis sen-  
tentia in quam omnes iurisq; partis defensores  
iam olim conuenerunt et modo conuenirent licet vi-  
rusquisq; suam sententiam existimat definitiandam  
vel certe eam definiri exceptaret. Ita postularunt  
olim Aisertores et Impugnatores Immaculata Con-  
ceptionis ut testatur Turrecremata in suo Tract. De  
ueritate Concept. B. Virg. P<sup>o</sup> in Conc. Basil. dein  
de in Lateran. 3<sup>o</sup> in Trident. de Conc. Basil. uer-  
itat ex seipst 36. quamvis iam tunc non fuerit le-  
gitimum ut testatur Turrecremata in suo Tractatu  
De Ueritate Conceptionis B. Virginis. De Conciliis

Lateran<sup>is</sup> id colligetur ex Caetano Tract. p<sup>o</sup> De Concepione B. Virginis ad Leon. x. cap: 5<sup>o</sup> in fine neq<sup>z</sup>  
Caetanus ipse recusat definitionem in Sacra controv<sup>er</sup>  
sia supponens eam esse definitibilem, licet speraris si de  
clarandum aliquid esset in ea zynodo suam opinionem  
de pec. orig. B. Virg<sup>z</sup> approbadam fore. Verba Ca:  
etani. Cuiusenter cernit pars cretens Beatam Virg<sup>z</sup>  
inem ab Originali peccato mundatam in sive sancto  
sum. DD. priscorum quiescens n<sup>o</sup> 51q<sup>z</sup> ibi timens a Sa:  
crozaria Synodo (quando quidem a Spiritu S.<sup>o</sup> quo  
inspirata locuti sunt Sancti Dei Somines contraria  
in fide sententia prodire nequeunt) quin potius sperat  
se decernendum aliquid sit, se ipsam ut probabilioram  
et SS. P<sup>o</sup> dictis consonam approbadam. et paulo  
post addis. Medius tu arbitris a Christo datus in Sacra  
sta Lateranensi Synodo Religionis Christianae vel  
veritatem firmiter amplecendi tradere vel a publicis  
locutionibus et scandalis consulere digneris.

Notandum est illud Religionis Christianae verita:  
tem firmiter amplecendi. in quo manifeste ostendit Caetanus,  
potuisse summum Pontificem in Sacra controv<sup>er</sup>  
sia tanquam Arbitram in eis aduersas opiniones medium  
alteram ut veritatem Christianae Religionis firmiter  
definire, quin potius illum inuocare videtur us defini:  
atur. quemadmodum Turrecrem<sup>ta</sup> assertor erupit  
sententia flexis genibus in Concilio Basiliensi postu:  
lavit

tauit ut controversia Sacra definitione Ecclesia termina-  
retur, atq; ita inter Catholicos tunc cessarent et secess-  
sata. ita Gaber Turrecrem. in suo Tract. de Veritate  
Concep. B. Virg. ad Concil. Basiliense p. 13<sup>a</sup> c 14<sup>a</sup> cui  
ius verba sunt: *Tua iam prouidencia synode sancta  
cuius sapientie correctionis lumen omnium Catholicorum  
dicta submittunt, ut auctoritate summa quâ possent  
restitucere Spiritu Et Fortitiae Magister ac Doctor qui ga-  
bernari crederimus generalia Concilia finem dare subcep-  
sens questioni eo iuxta Catholicam fidei fundamenta  
et P.L. Sanctorum aperiissimas traditiones, iurisq; di-  
uini et Humani splendioissimos Professores qui tene-  
dam sic à modo Christiano populo definire. quod ut fa-  
cias bene atq; te sacerdotta Concilio omni qua possum  
deuotio flexis genibus exoro. Sane ex suis quesito-  
nis determinatione magna salutis Pax et tranquil-  
itas et integritas religionis expectatio in populo  
Christiano.*

De Conc<sup>o</sup> Trident<sup>o</sup> idem constat ex Caserio L.  
tusco. Disp<sup>o</sup> pro immaculata Concept<sup>o</sup> ad PP. Conc.  
Ivni<sup>m</sup> Conc<sup>o</sup> segnione 5<sup>a</sup> in Decreto de peccato Orig:  
nali ad finem declarat: Non esse sub intencionis com:  
presendere in eo Decreto ubi de peccato originali  
agitur Beatam et immaculatam virginem Mariam  
Dei genericem sed observandas esse constituciones  
Sicut 4<sup>a</sup> sub p<sup>o</sup>nis in eis contentis quas innovat.

Hanc autem declarationem non adderet Concilium nisi de hac controversia ageretur et postularetur definitio aut declaratio aliqua. Igitur re vera omnes semper conuererunt controvensionem hanc esse definibilem ad alteram partem, tametsi unusquisque pararet vel etiam uellet ut sua definitio sententia, quod ad presentis in-  
stitutum non facit quia arbitrius ad quem species definitio, non sunt partes litigantes et aduersae, sed summus Pontifex Vicarius Christi et a Christo datus per regula infallibili ad terminandas controvensiones in causis fidei, cuius definitioni omnes rationes diversimode openandi subiectae sunt et captiuidus inobligatorius  
- in obsequium fidei, ut Catholicis et infideles Crat. et  
Turcerem. confessus est, et certe quādū opinio te-  
nens B. Virginem non fuisse praeceputam sci munda-  
tam à peccato originali, non ita sibi timuit, ut modo ti-  
met, (ueritate magis ac magis in Sacre eluciente) palam  
semper factatus locum esse definitioni, nunc autem quia illius opinionis Assertores maximum et proximum sibi  
periculum inesse uident, ob uniuersum feri totius Eccle-  
sie sensum et omnium Academicarum sententiam in  
contrarium partem, Et quia proclara testimonia omni-  
um feri P.P. mirabili diligentia inuenta sunt pro immi-  
culata Conceptione Virginis. E contra uero quæ in con-  
trarium adoucebantur feri omnia vel falsa vel falsi-  
ficata fuisse reperiuntur. Dicimus iam (si uerum est, qd  
adivit

audio) inclinans ad dicendum prefatam controverzionem  
 non esse capacem definitionis, quod tantum abest ut  
 possit facere viros prudentes et doctos in Sacra matre  
 via cubitare ut posuerit ex Sacra Adversariorum incon-  
 stantia fuga ac resu, non leue fundatum exponi-  
 tur ad asserendum, non tantum controverzionem  
 Sacra esse definibilem sed etiam in favorem Virginis  
 definitionem forc, cum iam opinio contraria timore pli-  
 na non aliud re ualeat à definitione defendere quam  
 negando per summum Pontificem Sacra controver-  
 ziam definiri posse cont. id in quo olim conuenierunt  
 omnes ut probatum est, et hoc tempore grauissime  
 totus orbis Academie conueniunt Eratani, Ecclesie  
 Cardinales, Sanctissima et doctissima Religiones  
 Reges et Principes Carolaci dum instantissime  
 per literas et peculiares Legatos praecedentibus gra-  
 viissimis docissimorum hominum consultationibus  
 à Summo Pontifice postulant ut controverzias Sacra  
 definiatur et hoc ipsum postulant grauissima pec-  
 cata et scandala iam olim exorta et in dies gra-  
 uiora emergunt et qua timentur grauissima nisi  
 Ecclesia definitio accedit, et totam semel controver-  
 ziam exinguat. Itaq; communis fuis et fere est  
 omnium uox controverzionem Sacra per Summi Pon-  
 tificis definitionem terminari posse id quod amplius  
 constabit ex dicendis in cap<sup>e</sup>. sequenti.

venio ad rationes et tres propono ad probandum  
posse definiri alteram partem huius concordie.

Prima sit Summi Pontificis quatuor in varijs Bul-  
lis et Decretis non obscurè traductis Sane concur-  
siam posse per Ecclesiam definiri. Ergo ita asseruan-  
dum est: paret consequentia quia alioquin grauissime  
errarent Summi Pontifices in suis Bullis ac Decretis  
in materia pertinente ad fidem, nam ad fidem pertinet  
posse aliquis definiri defide. Antecedens vero probatur  
quia Sextus 4<sup>o</sup> in extravaganti. Graue nimis anno  
1485. prohibens ne assertores adversantium opini-  
onum in Sacra materia se ad iniucem tanquam Sacra-  
cos damnent. Addit rationem his verbis: Cum nondic-  
tit à Romana Ecclesia vel Apostolica sede decimum  
Ergo supponit posse decidi ut satis probato verba illa:  
Cum nonnum Ita habetur in monumento Minorum  
impresso Salmantice An. 1511. folio 128: Item Ale-  
xander Sextus in alia constitutione anno 1502. re-  
ferens extravagantem praedictam graue nimis illam  
approbat quod omnia et singula quae continet: Do-  
nec per terrenum Apostolicam alter decimum et ordinis  
sum fuerit. Ergo similiter supponit posse decidi ut  
satis indicant illa verba. Donec &

3<sup>o</sup> Pius V<sup>o</sup> in alia constitutione que incipit  
super speculum anno 1570. in primis confirmat  
et approbat dictam Const. Sixti 4<sup>o</sup> ac si de verbo  
ad

ad verbum esse inserita, deinde addit. Quamvis  
 per Apostolicam Tadem altera pars definita non fu-  
 erit, oppositaq; sententia conveniens, licet Iuris  
 Doctis &c Deniq; Sanctiss? Dominus noster Paulus V: in Decreto quod incipit. Regis pacifici. anno  
 1616. obseruat praecepit Constitutiones Sixti PP: et  
 et PP: V. Donec a Romana Apostolica sedi Su-  
 iusmodi controversia fuerit definita. Et idem Ponit  
 fex in alio Decreto Anno 1617 die 31 Augu-  
 sti nonnulla decernens avicet. Donec articulus  
 Suiusmodi a Sede Apostolica fuerit definitus, aut  
 per Sanctitatem suam et Deum Apostolicam fuerit  
 aliud ordinatum. Ex quibus omnibus manifestum  
 videtur hos quatuor Summi Pontifices in casu con-  
 trouersiam Sane posse per definitionem alterius par-  
 tis terminari, nam si hoc fieri non posset prefata  
 verba continerent membrorum et conditionem impo-  
 zibilem quod nullo modo dicendum est ut consti-  
 tanti patet, quia aliud ridicula foret coniunctio illa  
 et moderatione.

2: Ratio est controversia qua versatur in ma-  
 teria cultus Dei et Sanctorum est definibilis per  
 Ecclesiam, sed controversia Ex de conceptione Vir-  
 ginis pertinet ad cultum Matris Dei et consequen-  
 ter ad cultum Divinum. Ergo est definibilis per Ec-  
 clesiam Consequens patet Major probatur quia

Cœlesia est regula infallibilis posita et illuminata  
a Spiritu S<sup>tr</sup> ad dirimendas controversias circa fidem et  
bonos mores per definitionem infallibilem. Partes autem  
cultum Dei et Sanctorum pertinere ad fidem et bonos  
mores. Manifesta ergo est Major proposita, nimisrum Cœ-  
clesiam Sapere potestatem et assistentiam Spiritus S<sup>ci</sup>  
ad definiendas quæsiones qua agitantur circa cultum  
Dei et Sanctorum ne aliquando falsus cultus pro vero  
obrepas. Minor vero ostenditur, quia controversia Sac-  
rum Virgo Dei para sit præservata à peccato ori-  
ginali nec ne in se confinet aliam questionem. Utrum  
sit colenda Concepio Virginis tanquam sancta vel po-  
tius minimi colenda ut post originali peccato inqui-  
rata. Tota Sacra ratio declaratur et confirmatur exem-  
pli. Exhorta enim controversia in Cœlesia de usu ima-  
ginum Cœlesia. Si uismodi controversiam abolevit defi-  
nendo contra oppugnatores imaginum eas esse retenen-  
das et uenerandas, acq<sup>3</sup> Marum usum esse legittimum  
quod definitio Concilium Nicenum ac<sup>e</sup> 3<sup>ra</sup> alias 6<sup>ta</sup> et  
Tridentinum sess. 25<sup>o</sup> in Decreto de Invocatione  
et veneratione SS.<sup>tr</sup> Ergo facta ipso constat esse in  
Cœlesia potestatem ad definiendas controversias quae  
pertinent ad cultum et uenerationem Sanctorum. Ergo  
immerito negabatur esse in Catholicâ Cœlesia potesta-  
tem definiendi questionem pertinenter ad cultum  
Conceptionis Sanctiss<sup>e</sup> Virginis Dei para ut ita o-

mimo

minus connecti fidelibus certitudine fidei, An illa Concepio  
ut uerè sancta et immaculata colenda sit quia alius  
perpetuum esse in Ecclesia Dei dissidium in materia  
gravissima circa cultum Regiae Angelorum et omni:  
um Sanctorum. neq; esset aliqua regula infallibilis q;  
posset Sane controversiam terminare, quod meo iudic  
cio salua fide admissi non potest ut propositum exem:  
plum et ratio facta satis probant.

3.<sup>a</sup> et principalis ratio est, quando aliqua cont:  
ueria, <sup>circa</sup> uerum sensum Sacra Scriptura inter Fideles  
agitatur in eis graui, si Ecclesiam pertinet talam con:  
troversiam terminare, trahendo ueram interpretatione:  
rem et sensum Scripturae, est enim Ecclesia Regu:  
la infallibilis, sicut in Scripturis Canonicis assignan:  
dis ita in explicando eidem iuxta uerum sensum a  
Spiritu Sancto intentum, ut constat ex communi The:  
ologorum sententia in materia de fide, quatenus tra:  
cent de Regulis Fidei. Et legatur D. Rom 2. 2<sup>e</sup>  
q<sup>e</sup> p<sup>r</sup> ar. 10: in corpore ubi ait, ad autoritatem  
Summi Pontificis pertinet finaliter determinare ea  
qua sunt fidei ut ab omnibus inconcussa fide seruen:  
tur, et ad Pontificem (inquit) maiores et difficiliores  
Ecclesie questiones referuntur. Et addit, seruari non  
posse ueram fidem nisi quaestio fidei de fide exorta de:  
terminetur per eum qui tibi Ecclesia praest. Et ad p<sup>r</sup>  
dit: Quod licet fides in Scriptura sit tractata tamen

necessaria fuit temporibus procedentibus explicatio qn  
imo ueritas. Hoc est Dogma fidei definita in Trid.  
cesset qd in Decreto de editione et usu Sacrorum libri  
rum ubi decernens ut nullus de rebus fidei ex morum Sa:  
cram Scripturam ad suos sensus contorquens contra sen:  
sum quem tenuit et tenet. S<sup>u</sup>o Mater Ecclesia interpre  
tari auctor addidit: Cuius est iudicare de uero sensu  
et interpretatione Sacrarum Scripturarum; et propterea  
est Sacerdos nosori temporis inter Lutheranos et Calvini:  
nistas communis, assertores non esse aliquam regulam  
infallibilem uisibilis et communem in Ecclesia Catho:  
lica ad uerum sensum Sacrae Scripturae tradendum, sed  
unum quemq; ex proprio spiritu illam interpretari pos:  
se, qua Sacerdos alium omnium seminarium est et ori:  
go, quoniam si non sit regula communis et infallibilis  
pro interpretatione sicut et assignanda uera Scriptura,  
facillimē homines in uariorum et aduersariorum sententiis in  
materia fidei dividetur. Atq; ita ipsa fidei unius di:  
solueretur. Hinc oritur ut inter Sacerdotios, quot capita  
tot numerentur sententia in materia fidei et Religione  
et alijs alijs sint Sacerdotii. Certissimum P<sup>r</sup> esse de:  
bet quod quicunque inter fidèles agitatur controve:  
ria circa uerum sensum aliquarum propositionum Sacrae  
Scripturae in re gravissima, posse Ecclesiam seu Summam  
Pontificem infallibiliter definire, qua ratione prædicta  
propositiones interpretanda sunt: atque in materia praes  
enti

seni controversia in re grauissima agitur circa  
verum sensum propositionum universalium qua in sa:  
cris literis continentur de peccato originali transfuso  
in omne genus humaanum. Itum scilicet comprehen:  
dant omnes filios Adami naturali generatione propa:  
gatos, ita ut nullus sit locus exceptioni ad Privilegia  
ab illis universalibus propositionibus <sup>anteriori et capitulo</sup> excipiendis.  
Ergo omnino certum esse debet posse Ecclesiam vel su:  
mum Pontificum verum sensum illarum propositionum  
ex cathedra tradere et definire, ita ut infallibiliter  
consteo. Itum ex Diuino Privilégio B. Virginis ab il:  
lis propositionibus universalibus excipi debeat et a pec:  
cato originali præseruata sit.

Hac ratio ita rem indubitatem apud me facit ut  
existimem esse de fide posse Sacre controversiam circa  
verum sensum Scripturarum consequenter circa præser:  
uationem B. Virginis a peccato originali per Christi  
Vicarium, seu Ecclesiam Romanam et Catholicam defi:  
niri, quia aliter sequitur, Christum Dominum non re:  
liquire suo Vicario et Ecclesia clavem sciencia ad in:  
dicandum de uero sensu Sacra Scriptura etiam in ma:  
teria grauissima et apud Catholicos controversa que:  
lis est Sacra de universali transfusione peccati originalis  
Hoc autem sequela sine dubio est Sacra scriptura, quid aperie  
repugnat verbis citatis Conc. Tridentini ex communi Be:  
dogorum sensu atque ipsa qua tradi solent in materia

defide existi:  
matur, Sacra con:  
troversiam de:  
finiri posse.

notandum.

de fide sacris consuetudinibus licet enim aliqui dicant non posse per Ecclesiam definiri nisi id quod formaliter in sacris Scripturis vel traditionibus Divinis est expressum. nullus tamen unquam docuit nec docere potuit, non posse Ecclesiam infallibiliter tradere et explicare nostrum sacra Scriptura sensum, quando in eis fideles necessarij controversia circa intelligentiam illius in materia grauissima. Et quia certi est in praesenti tractu brevitate consulere non licet amplius in re certa immorari.

## Diluuntur rationes in contrarium

Superest diluamus fundamenta Canis assertoris quod Sane de Praeservatione B. Virginis a peccato originali non posse per Ecclesiam definiri. Ad Primum igitur concedendum est non posse Ecclesiam definire de fide nisi id quod a Deo revelatum est in sacris literis aut traditionibus Divinis, vel certe infallibili consequatur ex eisdem deducitur ut Canis assuebat. Regardum tamen est Ecclesiam non habere sufficiens fundatum ut definita presentem controverson in sacris literis et traditionibus quod nunc breviter sic declaro: ut requenti capitulo fusiis Soc ipsum demonstrem. Conc. Trinitatis sessi. 6. cap. 23. definitio de B. Virgine tenet Ecclesiam omnia iustissime peccata etiam ueritatis

ea

ex speciali Privilegio Dei, sed Suismodi veritas  
 non magis contineri videatur in Sacris literis et tra-  
 ditionib[us] sicut etiam ad Sacra predictam, fund. pradi-  
 catum non decet. Probatur minor, catena enim patens,  
 quia duplex esse potest fundamentum propter quod Ce-  
 clesia vocaret et doceret Beatam Virginem nunquam  
 peccasse aequaliter P. id deducendo ex Sacris literis  
 in hunc modum: Beata Virgo est mater Dei ut scri-  
 ptura expresse testatur, sed quodcumq[ue] actuale etiam  
 veniale repugnat dignitati Matris Dei, ergo Dei Ma-  
 ter ex singulari Privilégio Divino nullam unquam  
 commissio peccatum. Vel aliter sic. Mater Dei fuit  
 plena Divina gratia ut scriptura testatur, talique  
 plenitudine us omnimoda et singularis fuerit super  
 omnes alios Sanctos, ut est Ecclesia communis sensus,  
 Ergo per Suismodi plenitudinem gracie, singularare  
 Privilégiū à Deo consecrata est ad omnia peccata  
 etiam venialia in tota vita vitanda. 2<sup>o</sup> Funda-  
 mentum esse potius Docuum ex traditione et Ecle-  
 sie sensu hoc modo: Traditione et Ecclesia sensus uni-  
 versalis facit veritatem infallibilem, quia Ecclesia  
 est columna et firmamentum veritatis p[ro]p[ter]a ad Timot[heum]  
 3: Sed licet nonnulli PP. et graues clam traducerint  
 virginem peccasse venialiter, nū Silominus communior  
 semper Ecclesia et PP. sensus fuit, et de praesenti o-  
 milio communis est, Beatam Virginem nunquam pec-

case uenialibus. Ergo Sacra ueritas ut firma et infal-  
libilis per Ecclesiam definiri potest.

Dolorum, fundamen tum propositum pari modo vel  
etiam à fortiori inuenitur in materia praesenti ut Eccle-  
sia definire possit Beatam Virginem fuisse praese-  
tam à peccato Originali. P. sic Beata Virgo est  
Mater Dei, sed cum dignitate Matris Dei magis re-  
pugnat peccatum originale quam ueniale acutum. Ergo  
sicut Ecclesia tenet uobasse omnia peccata etiam ueni-  
alia ut docuit Trid<sup>m</sup> supra, à fortiori tenendum est,  
fuisse à peccato originali præservatam. in Sot pureso.  
sola minor probatōne egit que tamen accidens vi-  
derur, quia peccatum originale ex sua ratione est mor-  
tale priuans Divina gratia, vel ut multi volunt in ipsa  
privatione Divina gratia consistens et constitutus So-  
minen filium ire sub potestate Dæmonis captiuum  
atq; à uisione Beata priuatum; quod omnia in peccato  
ueniale non dantur, ut patet, cum sit leuis offensa Dei  
qua neq; gracia neq; gloria priuat. Igitur magis re-  
pugnat originale peccatum ut potè mortale cum digni-  
tate Matris Dei quam actuale ueniale. Reg. refert  
quod actuale à propria persona committatur, origina-  
le vero ab alio, id est à primo Parente transfundatur  
in prolem P. Quia licet Sacra sit aliqua disparitas il-  
lam tamen non solum compensat sed etiam longo su-  
perat intervallo differentia tradita inter peccatum origi-  
nale

nale et veniale ut patetis accurate ponderanti praedictam doctrinam. 2° Quia quanvis peccatum originale non sit commissum a persona illo coquintata, sed a primo Parente transfusum, attamen est aen et proprium peccatum et intrinsecum illis qui ab eo non præservantur Divina gratia, ut definit Tridentinum Sess. 5. in Decreto de peccato originali ac proinde maiorem indecentiam et repugnantiam continet respectu dignitatis Matris Dei quam peccatum veniale. Similiter argumentari possumus ex singulari plenitude gracie B. Virginis cum qua magis pugnat originale peccatum quam veniale ob doctrinam iam assignatam inter sacra peccata.

2° Fundamentum a fortiori militat ad doctrinam præseverationem a peccato Originali quia iam olim fere omnes P.P. supponunt Virginem a peccato originali fuisse præseveratam: (pauci enim sunt qui oppositum docuerint, ut uidere est apud auctores prioris Suius capitulo a nobis relatios; modo vero Sic est sensus universalis Ecclesie si paucos exceptos ex familia Dominicana. Præterea Ecclesia universalis celebrat festivitatem Conceptionis B. Virginis pro primo instanti, ut prædicti auctores egregie ostendunt, et ex constitutionibus Sixti 4. aperte constat, Ergo universalis Ecclesia sensus est B. Virginem fuisse præseveratam a macula originali, quia Ecclesia non celebrat mystrium

aliquod nisi in sanctum, et ex consequenti a peccato  
purgatum. Agitur si attendamus ad Ecclesiam factum et  
tenetem, atque ad traditionem PP. a qua, vel etiam pa-  
tiori iure definiti poteris Virginem fuisse concepcionem  
ab ipso peccato originale; atque definitum est nullum com-  
munius peccatum etiam veniale; eocum ut aliquid defi-  
nitum ex traditione PP. et Ecclesia sensu non requi-  
ritur ut omnes omnino PP. et fideles universi in eadem  
veritate conveniant, alioquin nihil unquam definiti po-  
tentis si aliquis vel aliqui fideles hacten pauissimi sensu  
aliorum dissident, quod est omnino falsum, ut enim  
sequenti capite ostendimus, nonnulli et graues PP. a  
potere assertarent B. Virginem aliquando peccasse  
venialiter, et quod amplius esse. Soc ipsum probabant  
ex varijs locis Sacrae scripturae, quibus noster Iohannes no-  
stris obscuris, Concordium Tridentinum decrevit Ecclesi-  
am tenere B. Virginem nunquam peccasse venialiter.  
Credo idem potest definiti circa preservationem a pec-  
cato originali, quia sic est universalis Ecclesia sensus,  
quamvis pauissimi veritati totius Ecclesia universalis  
contradicant: Ita in Concil. Trid. sese q. in Decreto  
- de Canonis scripturis definitur, Epistolam ad Hebr.  
esse canonican. et D. Pauli. et canem solum PP. Latini  
illam non recipiebant ut Epistolam D. Pauli, Co<sup>m</sup>gr.  
din. Caiet in principio commentariozum illius Capit<sup>l</sup>  
maxime dubitas non solum quod fuerit scripta a Paulo  
sed

sed etiam quod sit canonica; Verba Caeciliani sunt  
Dubio apud Hieronymum auctore Suius epistola e:  
xistente dubia quoq; redditum Epistola, qm nisi sit Lau-  
ti non perspicuum est Canonicanam esse, quo fit ut ex  
sola Suis Epistola autoritate non posse si quid da-  
bitum in fide acciperit determinari. Ecce Caecilius  
Card. vir doctissimus et religiosissimus cum aliquibus  
sue atatis, et post multos alios antiquiores nostris cen-  
poribus viarios via dubitans de auctoritate Can. epist.  
ad Hebr. ut dicit non posse per illam dubium aliquod  
fidei terminari, et tamen paulo post Trid. definit,  
eandem Epistolam esse Pauli et canonicanam. Ego  
ut aliquis de novo definitur, non ex opus ut omnes  
omnino L.L es Scholasticus DD. et multo minus ut  
universi fideles nullo excepto in tali veritate concor-  
dent, quin in modo quando ita concordarent non forte ne-  
cessaria definitio inter Catholicos, quia ubi nulla est con-  
troversia deo potius unanimis Catholicorum sententia  
superflua erit definitio, nisi frat ad solos Hesericos  
condemnando quanto contra universum Ecclesie sensum  
atq; adeo contra fidem dogmatizarent. At vero in  
materiis presenti est controversia inter Catholicos  
circa verum sensum sacra Scriptura in re gravissi-  
ma et circa cultum Virginis Deipara: Ergo ut Cale-  
nia definit, nullo modo requiratur ut omnes omnino  
Catholicci in eadem sententia sint, quia es ipso tolle-

zensus controversia, pro qua tamen terminanda iure  
optimo conuenit Ecclesia tanquam regula infallibilis  
et firmamentum veritatis ut aperiatur uerum zensem za-  
cræ scriptura, et ita liquido constet, quis tenendum  
sit circa Conceptionem B. Virginis.

notandum.

Atq; ex Sacra doctrina ad uero, prefatam contro-  
versiam non uenari circa ueritatem aliquam mere  
speculationum et cuius non datur praxis aliqua in Ec-  
clesia et in Divinis literis ac PP. fundamenatum quin  
potius est materia pertinens ad cultum Dei et B. Virg.  
cuius datur praxis in universali Ecclesiâ quatenus  
celebrat Conceptionem euangelicæ Virginis, et ex consequen-  
tia iuricas illam immaculatam et sanctam: preterea in  
Sacra Scriptura sunt fundamenta ad dirimentam pra-  
dictam controversiam non solum secundum zensem  
figuratum et mysticum, sed etiam in sensu proprio  
et litterali, ut est illud de pleniorine gratia et digni-  
tatis Matris Dei qua iam responderimus. Denique  
PP. maior: ex parte uel aperié docere virginem fuis-  
se præseruatam à peccato Originali, uel teste plurimi  
fauent et paucissimi sunt qui oppositum expresserint  
ut videtur est apud Auctores enī Suius capitis docto  
Ex quibus omnibus zensi constas Sanc controversia  
esse per Ecclesiam definibilem, et merito definitiā.

Ad 2<sup>m</sup> Argumentum Cami Respondeo: Nequid  
diximus 4<sup>m</sup> neg Corc<sup>m</sup> Lat. et Trin<sup>m</sup> existimasse

pro:

prædictam controvèrsiam non posse definiri quānnis  
 illam non definiērunt, quin potius Sixtus IV. in sua  
 extravaganti. Prædicti namis ratiōnē aperte indicauit p:  
 se per Ecclesiām definiri, ut in prima ratione pro no-  
 zora sententia ostendimus, idem etiam censuit Trid.  
 quartenus confirmavit et innovauit constitutio-nes  
 Sixti Quarti, unde non bene infert Casius ex eo quod  
 Sixtus IV. Conc. Lat. et Trid<sup>m</sup> quasdam sententias non  
 definiērunt, eam definiri non posse, tunc quia licet non  
 definiērunt ratiōnē aperte indicauit posse & definiri, tunc quia  
 sapientia in uno Concil. aliqua controvèrsia non defini-  
 tur quia ratiōnē indicatum est non exp̄iri, vel suffi-  
 ciens diligentia facta non fuit, et postmodum alias cau-  
 sas de novo occurrentes, et praedicta accurateculi  
 genita eadem veritas in alio Concil. vel ab alio Ponit  
 fice definietur cuius multa et ratiōnē nota sunt exem-  
 plia in quibus immorari nolo.

### Diluitur 3. Argumentum

Circa materiam tertij argumenti fui disputavi  
 in materia de fide: quare nunc breviter respondere  
 concepero non posse aliquid esse de fide nisi sit for-  
 maliter reuelatum, ut meo iudicio egrégie probat ar-  
 gumentum. Ado rāmen, quod quoniamcūq; Ecclesiā  
 controvèrsiam aliquam de fide definitus ad alteram  
 partem, et ipso talis pars, uerē et formaliter a

Deo zuelata est quod duplii via ostendi potest.  
1<sup>a</sup> Indicamus posita definitione Ecclesia à posterio  
et infallibilitate colligi ut quod Ecclesia definiuit vel for-  
maliter conueneri in sacris litteris vel in Traditione  
bus Divinis quaminus ante definitionem vel satis notum  
non esset utrumq. Si Ecclesia modo definias B. Virginem  
fuisse præseruatam à peccato originali eo quod zuela-  
tum eis ipsam esse Dei matrem, et propriea singulari  
gratia plenitudinem consecutam fuisse, eo ipso existi-  
mari obiectus Spiritum Sanum formatus. noluisse  
zuelare ipsa B. V. esse Dei Matrem ut nisi in ecclesiis  
cum talis dignitate conuenerit atq; ateo ab omni pe-  
ccato non solum actuali, sed etiam originali præser-  
tam fuisse. et in eodem sensu zuelare illam gratia  
plenam singulari plenitudine, era ut in nullo momento  
B. Virginis anima sine Divina gratia extiterit atq;  
at eo a primo momento Conceptionis fuerit sanctifi-  
cata et ex consequenti à peccato originali præserua-  
ta, ad quid etiam non parum testimonia P.P. inua-  
bant, quatenus ex dignitate Matris Dei et plenitudine  
gratiae B. Virginis colligunt illam sine peccato fuis-  
se conceperim, et nullam unquam commisere peccatum  
et atiobus inferunt cum de peccatis agitur, nullam  
cum Matre Dei Sabore nulle questionem quia quot-  
vis peccatum re vera pugnat cum tanta dignitate.  
2<sup>a</sup> Hoc est nisi multo probabilior definitio quod  
Eccles.

Ecclesia definis esse formaliter zelataum a Deo  
 Desumitur ex illa propositione universalis dominicus  
 zelatae iudicio Ecclesia in rebus fidei errare non po-  
 test, nam in hoc sensu dicitur p. ad Timoth. 3: Co-  
 lumna et firmamentum veritatis; Ex quo sequitur, ubi  
 primum Ecclesia aliquis definit de fide, iam in eae forma-  
 liter a Spiritu Sancto zelatur, non ex noua zelati-  
 one participari, sed ex illa universali, velut ex spiritu  
 Sancto modo zelatares. Verum esse omnem quod ab  
 quis Doctor ex cathedra docuerit eo ipso ubi primum  
 aliquid doceret ex cathedra, veritas esse zelata  
 ex vi illius praecedentis formalis zelationis Spiritus  
 S. nec eae necessaria alia particulario subsequens  
 et de novo facta, ut manifeste patet. Ergo similiter a  
 Spiritu S. zelauit Ecclesiam non posse errare  
 in terminandis controversijs fidei, sed potius in illis  
 esse columnam et firmamentum veritatis ad quam  
 prinde fideli configere debent tanquam ad regulam  
 infallibilem in causis fidei. Manifeste sequitur eo  
 ipso quod Ecclesia definit talam veritatem in defini-  
 tam esse a Deo formaliter zelatam quia propo-  
 sitione universalis continet particulares sibi subalter-  
 natas. Neque tamen sine sequitur quod Ecclesia ad  
 libitum quamcumque veritatem definire posset de fidei. Q.  
 quia illa zelatio universalis limitatur ad causas fi-  
 dei et morum, non vero excedit ut omnes alias

que nec ad fidem faciunt, nec ad mores pertinent.  
2. Quia spiritus S<sup>t</sup>m dirigit Ecclesiam Dei in defini-  
nientibus ueritatis ac proinde non sicut definire, nisi  
eas ueritates que ad fidem aut mores pertinent. 3.  
Quia ex eadem assistentia Spiritus S<sup>t</sup>r. semper Ecclesia  
attingens ad Sacras scripturas et traditiones et nunquam  
aliquid de fide definit nisi in litteris Divinis et Ecclae-  
siae sensu sufficiente inueniat fundamenum, ut dirigen-  
te et cooperante Spiritu S<sup>t</sup>r. definit.

notandum.

Quod ut plenus intelligatur. Notandum est  
Dupliciter Ecclesiam posse procedere in definiendis co-  
traversis fidei. P<sup>o</sup> modo declarando id quod iam aper-  
te erat de fide et formaliter reuelatum in Scripturis  
Sacris sub proprio et peculiaribus terminis vel in s:  
postulatis traditionibus, sicut aliqui Harraci impuden-  
tes in re non dubia ex proprio sensu controvseriam  
aggravauerint, ad quos tamen debellandos Ecclesia ut  
regula infallibilis declarat Dogma fidei, et quid Ec-  
clesia ita procedit supponit formaliter illud ipsum quo  
declarat esse de fide.

A hunc modo procedere potest definiendo de fide id quod  
ante definitum de fide non erat sed potius agit. Ca-  
tolicos controvserum et quando ita procedit necessari-  
um non est, ut semper id quod definit supponatur for-  
maliter reuelatum in proprio terminis, sed satis est  
ut cum definitur, eo ipso formaliter reuelatum sit, q<sup>o</sup>

eo ipso includitur sub illa universali reuelatione quae  
 Spiritus S. reuelavit, esse aerum et firmum quicquid Ec-  
 clesia in causa fidei definit. Unde quanto Ecclesia ita  
 procedit, non est opus ut procedat alia formalis reuelatio  
 in Scripturis Sacris vel traditionibus inuerta, sed satis e  
 quo debet sufficiens fundamentum, sive in Scripturis, sive  
 in PP. et sensu Ecclesia usus fidei definitio. Quod fun-  
 damentum semper praeuidit quanto Ecclesia definit, quia  
 cum a Spiritu sancto dirigitur, non quam potest sine  
 sufficiens fundamento definire. Totus sic discursus mul-  
 tis exemplis probari potest sed breuitatis causa hoc tan-  
 tum aducam. Primum sit Definitionis usus imaginum  
 in marij Concilijs praezenter uero in Concilio Niceno 2.  
 Si enim attenteremus ad scripturas sacras in ueteri testa-  
 mento nisi inueniatur hucus faciat praevicia definitioni,  
 quin potius sapienter prohibet culpabile et omnes imagi-  
 nes. Et in lib. sapientia reprehensum est quod per  
 illas idolatria inceperit usus horum est. In nouo uero  
 testamento nisi inueniatur quod arci imaginum suspi-  
 getur. Quod uero attinet ad Traditiones tunc corpo-  
 ris non iudicatur res certa, si quidem admodum contri-  
 uersum fuit, et propterea maria Concilia concordant  
 ad Sancto, et alias controversias dirimendas, nisi solomoni  
 Ecclesia in spiritu Sancto legitimè congregata et ab  
 eodem illuminata sufficiens investigans fundamentum  
 ad definitum tanquam dogma fidei usum et cultum

imaginum esse in Ecclesia retinendum ut licetum pius  
et sanctum. Quā definitione posita anima veritatem  
est et omnino censendum illam veritatem esse formaliter  
de fide et a Deo formaliter reuelatam. 2<sup>o</sup> exemplu  
sūt in nonnullis libris Canonici assignari de quibus  
etiam inter Catolicos grauis exobat controveria et  
propterea. Traditione non erat omnino certa antequam  
Ecclesia decerneret esse canonicos, at uero post Dece-  
tum omnis dubitatio extinguitur et manus omnino cer-  
tum de fide spiritum Sanctum illos libros dicasse et o-  
mnia ac singula qua in eis continentur reuelasse quia  
scilicet reuelauit Ecclesiam in rebus fidei esse firmamen-  
tum ueritatis atq; doce uerum et firmum esse quicquid  
ipsa definierit in rebus ad fidem pertinentibus.

Atq; ex his tamē concluso, bisfariam Ecclesiam  
pone definire Sanc de Preservatione B. Virginis  
a peccato originali controuersiam P. modo declaran-  
do esse de fide et sufficienter reuelatum in sacris scri-  
psuris, quatenus in eis reuelatur B. Virginem esse  
ueram Dei Matrem et singularibus gratia privilegijs  
et plenioriue condecorata. addita interpretatione  
P. es iam Soc' communī Ecclesia sensu, qui tamē  
modus procedenti licet zio ualē probabilis, nisi tamē  
ut uerum fatetur, non uideatur ita facilis quia non ita  
facile intelligitur in illis scriptura verbis conteneri for-  
maliter reuelationem de Preservatione Virginis ab Ozi-  
ginali


ginali et similiiter quamvis P.P. olim maiori ex parte inclinaverint ad Sanc*tentiam* et re vera pacis: sim illi contradicerint, itemque licet Socie totius fere Ecclesia sensus in eandem conueniat sententiam, tamen nec P.P. olim nec Soc*e* Ecclesie sensus eam ut de fide tradit, sed ut simpliciter ueran et certam sententiam Quare non uidetur formaliter reuelata in illis locis seniatura iam allatio.

Quapropter aliud modus procedendi nisi uidetur facillimus, uidelicet si Ecclesia definiat S. Virginem fuisse praeseruatam a peccato Originali quia ad Soc*ie* bes sufficientissimum fundamentum in sacris scripturis P.P. et sensu Ecclesie. sicut enim Concilium Tridentinum declarauit nunquam uenialiter peccasse (ut iam in Soc*c*apite explicauimus) idem imo et efficacius fundamentum est ut definiatur originale peccatum non quam contraxisse. et sicut definitum est, Epistolam ad Hebreos, et alios libros esse Canonicos, de quibus antea etiam in socii Catholico erat non parua controvicia, qua propter ante huiusmodi definitionem non requiritur alia formalis reuelatio particularis propter illam universalem, qua reuelatum est Ecclesiam esse regulam infallibilem tam in assignanis scripturis qua in iudicando de uero sensu illarum: atq*ue* ita traditio omnia dogmata fidei, terminandoque omnes controversias in eadem materia circa scripture sensus Sanc*t*

etorum cultum, et similia; bene tamen requiritur fundamen-  
tum sufficiens ut definitus (quod in Sacra materia  
sufficientissimum erit) si PP. euoluantur, Academie et  
celebriores Theologi consulantur, et Ecclesie sensus au-  
reoletur, nam Sacra diligentia prasabilitate semper Eccle-  
sie summo cum fundamento proclit ad apertendum ue-  
rum scripturae sensum, atque ita ad terminandas contro-  
versias fidei per infallibilem definitionem, cui rurquam  
spiritus sancti deois assistentia ab eodem promissa es-  
testificata. Posita autem huiusmodi definitione eo ipso  
manet formaliter reuelata ex illa uniuersali reuelati-  
one qua Spiritus S. reuelavit esse verum quicquid Ec-  
clesiae in causa fidei definis. Ex quibus omnibus ratis  
superiorum probatum manet, praesensem controvieriam esse  
definibilem de fide per Ecclesium, et iam modo superes-  
ti sufficientissimum fundamentum, ut definiturus quem:  
ad hoc alia definita sunt, ad qua definienda non ma-  
ius processerat fundamentum. Quod adeo, ne aliquis di-  
cat Sane controvieriam esse quidem definitibilem per Ec-  
clesiam nondum tamen posse definiri, quia nondum  
sufficiens innervatur fundamentum ut definiatur. In quo  
enim quis sit Socfamentum sufficiens quod deest?  
Si dicatur deesse omnino concordem totius Ecclesie sen-  
sum, ita ut nullus omnino fidelis resisteret Soc certe-  
ssarium non est, ut iam supra et ratione optima ex  
alij exemplis palam ostendimus. Si vero dicatur spe-  
ctandum

contraria esse aliquam nouam revelationem, vel nouam  
 scripturam Canonicaem, Soc certe ridiculum est, quia Ecclesie  
 ad tradendum uerum sensum scripture Canonica, non  
 indiges noua revelatione, et multò minus noua scripture  
 Canonica, et pari modo his non indiges ad remi-  
 nandas controvierias fidei per infallibilem determinati-  
 onem, ut exemplis supra allatis galam sic ex iudicetur ex-  
 pressa sententia S. Augustini lib. pro contra Cresconium cap.  
 penult: ubi uolens non esse rebaptizandos illos quibus  
 Saracenis baptizati erant. Adit us Sæc uerius firma  
 habeatur et catholicæ, non docet ut sacris rebaptizantibus  
 inueniatur, sed satis esse quod ab Ecclesia fuerit defi-  
 nitæ, cuius auctoritas in ipsa scripture ut infallibilis  
 commendatur. Ipsa uerba Augustini subijcam quid  
 dignissima, ut exacte pro nostra sententia ponderen-  
 tur. Quamus (inquit) qui uia rei, id est de non rebap-  
tizantibus inter Sarcoicos baptizatis de scripturam (a  
 non ipsis certum non preferatur exemplum, earundem te-  
 men Scripturarum etiam in Sacra rei notis tenetur ueri-  
 tas, cum Soc facimus quod uniuersa iam placuit Ecclesie  
 quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas,  
 ut quoniam Sancta scripture fallere non potest, quisquis  
 falli meruit Suas obtrurare quæstionis, eam en Eccl  
 esiam dc illa consulat quam sine illa ambiguitate  
 sancta scripture demonstrat.

Peccatum Augustinus cum ingenio fateatur nullum es.



in Scriptura, testimonium seu exemplum quo ostendatur  
baptizatos inter Saracenos non esse rebaptizandos, ta-  
men testatus, Ecclesiam id definisse, et iam posita defi-  
nitione Ecclesia scripturarum in ea re veritatem teneri.  
quia ipsa scriptura, Ecclesia auctoritatem in controversi-  
is fusi definitionis, ut infallibilem commendat, et prope-  
rea quisquis falli meruit alicuius obscuritate questi-  
onis, Ecclesiam inquit consultat tanquam regulam  
infallibilem quam sine ulla ambiguitate Sancta scriptu-  
ra demonstrat. Neque ad Soc. ut Ecclesia illud definit  
necessarium fuis, ut prius tota universalis Ecclesia ita  
sentires, quin potius B. Cyprianus cum Episcopis Af-  
fricani in opposita sententia fuerat, et inter Episcopos  
anterioris etatis eadem questione fluctuauerat, et tamen  
Ecclesia controversiam ad unam parorem definit, quod

Item Aug. eodem lib. p. contra Cresconium cap. 22.  
expresse testatur cum (inquit) Inter Episcopos ante-  
rioris etatis quam esse incipere pars Donati, ista  
questio fluctuaret, et uarias haberet collegarum iner-  
te, salua unitate sententias, Soc per universam Cathe-  
licam, qua' tuto Orbe diffunditur, observari placuit quod  
tenemus. Nam et uos profertis Concil. Cypriani, quoda:  
ut non est factum, aut a ceteris unitatis membris a  
quibus ille non est divisus, merito superatum. Neque e:  
nim propterea sumus Episcopi Cypriano meliores, si  
tamen censuit Saracenum denouo baptizari quia nos Soc  
restitit

, rectionem non facimus; sicut nec **P**etro Apostolo meliores su:  
 , mos quia non cogimus gentes **I**udicare quod ille fecis:  
 , se **P**aulo Apostolo attestare et corrigente monstraruntur.  
 cum similius inter Apostolos de circumcisione quatuor  
 sicut postea de Baptismo inter Episcopos non parua  
 difficultate ruraret; qua duarum questiones de circumcisio:  
 apud Apostolos Act. 15: et de Bapt. apud Episcopos tem:  
 pore Cypriani notaria sunt, ut consuet ad Ecclesiam de:  
 finitionem non esse necessarium, ut id quod definitor pri:  
 us vel in scriptura expressie habebatur, vel in Ecclesia  
 sensu sive illa connotacione consistat, cum potius ad  
 Soc. maximi Spiritus S. assistentia in Ecclesia decur,  
 ut in rebus controveris, etiam apud uerhos S. Docos  
 et Episcopos, certa ueritas tradatur, et ueritatem Sacra  
 scriptura sensu aperiat, et sic tota controversia penitus  
 tranquilletur.

**E**x quibus omnibus aperiendi concluditur controversi:  
 am sane. **V**trum **B.** Virgo fuerit a peccato Origi:  
 nali praeseruata vel potius mundata. Posse in his  
 circumstantijs ad alteram partem definiri per Ecclesiam  
 non obstante quod **S. Thomas** et **B. Bonaventura** opinati fu:  
 erint non fuisse praeseruata, et quod **D. Bernardus**  
 in idem inclinaverit quamvis Ecclesia alter non iudica:  
 ret ut videtur est in Epistola ad Canonicos Lugdunenses  
 licet nonnulli dubient, utrum illa Epistola sit **D. Bernar:**  
 di, et alij tametsi Epistolam illam **Bernardi** esse con:

cedant, non sine probabili fundamento Bernardum ex:  
ponent, ut nullo modo aduersarii sententia assertent.  
Originem Sacerdotiam fuisse ab Originali labe preservan:  
tam. Sed etio Socoremus aduersarij, nullo modo obstat  
s. Thomae Bonaventuræ et Bernardi opinio, quo minus Cede:  
zia contrarium valeat definire us paulo ante nota. Au:  
gustinus de opinione S. Cypriani, cum Concilio Episcoporum  
Africanorum res de controversia de circumcisione inter  
ipso Apostolos et Discipulos Domini agitata Acti 15, que  
tamen definitio fuit non obstante controversia, qua sine  
diversitate sententiarum nondatur, unde longe minus ob:  
stat ut Sacra controversia non sit modo definibilis, quod  
ex Dominicana Familia in contrario opinioni multi per:  
severant propter opinionem s. Thomæ in cuius Sanctis:  
imi Magistri verbi iam remel iurazunt.

Consulito dixi Sacra controversiam esse modo in pre:  
sentibus circumstantijs definibilem, quia autem nonnullus  
libenter concedere esse definibilem quicunq; modo, tamen  
nondum dari medium sea fundamentum quo possit de  
fide defini. Tberum, qui ita tenent, vel sibi non con:  
trario, vel aliqui prorsus absurdum docimatis necesse  
est. Osteendo primum, inquirendo. Item quando est:  
eius praedictam controversiam esse definibilem de fide  
intelligi esse in his circumstantijs definibilem sine  
ulla noua revelatione Divina? si ita dicunt esse defi:  
nibilem plane ibi non constant dum addunt modo non  
dari

dari medium seu fundamentum sufficiens ad definitum  
 quoniam si deest fundamen<sup>tum</sup> et medium sufficiens sic et  
 nunc ad definitionem, etiam sic et nunc non est possibile  
 definitio, quia impossibili est consecutio finis sine me-  
 dio necessario seu sufficiente. Hoc circa contradictionem  
 est assertio controversam prefatam esse nunc definibilem  
 sine noua revelati<sup>a</sup> aut mutatione, et simul assertio non  
 dari nunc pro his circumstantijs fundamentum sufficiens  
 ut possit definiri praemissa diligenter moraliter, qua sem-  
 per primita est, et primum potest. Si vero dicant  
 non esse in his circumstantijs definitum esse tam ab  
 soluti definitum quia potest Deus illam revelare  
 sufficienter ut definitur, vel certi potest de novo inue-  
 niri aliqua auctorita<sup>t</sup> et sufficiens revelatio. Vel deni-  
 que quia potest Deus paulatim inspirare omnibus  
 Catholicis ut in ea assertio aconveniant. Si ita dicant,  
 obstant omnia quae dicoa sunt, quibus ostendebamus in  
 his circumstantijs posse definiti<sup>m</sup> prefatam contradictionem,  
 ridiculum enim est dicere non posse Ecclesiam in-  
 ducere verum sensum scripture canonica in materia  
 gravissima inter Catholicos contradictionem nova veri-  
 tatura vel revelatione Divina, et oppositum multis man-  
 strauimus exemplis et rationibus, Augustinusq<sup>ue</sup> citatus  
 expresso tradidit, minus etiam requirendum est, ut me-  
 dium necessarium ad definitionem ut prius omnes (a:  
 Catholicis DD. in ea conueniant, quia tunc cessaret con-

tronaria, et ex consequenti non esse necessaria definitio et quoiescunq; Ecclesia ut repissime facit, aliis quam quacionem inter Catholicos nati agitaran de finitione canonica terminavit, minimè expectauit ut prius omnes DD. Catholici ad unam partem conspirarent ut ex dictis in exemplis allatis de adorazione imaginum de non rebaptizandis Saracenis videre esset.

Exploditur quædam Responsio quæ ex cogitari posset ad eludenda quæ dicta sunt.

Corum que favere possunt Averianis nihil penitus occultato tametsi ab illis inuenta non sint, ut ita magis veritas elucescat quam omnes debemus sincere querere posse quoniam opinionis propria affectu.

Posset ergo aliquis ad ea que dicta sunt responde re. Ecclesiam esse quidem veritatis firmamentum et columnam ac regulam infallibilem in controversijs fidei et consequenter in Scripturis canonibus tradendis et explicandis iuxta verum sensum à Spiritu S<sup>t</sup>. intentum es ex consequenti cum pressens controversia uertetur circa intelligentiam quozundam testimoniorum Sacrorum literarum de transfusione Originalis peccati in posteros. Ad recte potius Ecclesia definire Forum in illis universalibus sacrarum literarum locis: onibus de peccato Originali Beatiss<sup>a</sup> Virgo comprehensa datur.

21

datur, vel potius non includatur; verum licet definiat non includi, non tamen propoerea manebit de fide quod B. Virgo preservata fuerit ab Originali peccato, quia ad hoc non sufficit revelatio negativa quod scilicet contrarium non sit revelatum, sed requiritur revelatio positiva nimisrum B. Virginem fuisse ab originali praeservatam, immo non defuerunt aliqui qui peccaverint ab Concilio Tridentino sive s' in Decreto de peccato originali expressis non esse intentionis sua comprehendere in predicto Decreto in quo universalia testimonia scriptura adduxerat B. Virginem, eo ipso docuisse in illis testimonijs Virginem non includi, quia alioquin non dicitur non esse intentionis sua. Virginem non comprehendere in Decreto, ubi de peccato Originali egerat et predicta testimonia scripture produxerat, si in illis testimonijs Virginem comprehendetur quam ibi immaterialiter appellat, quia non posset Concilium habere intentio nem contrariam sacra scripture, et nisi dominus, qui ita mentem Concilij interpretantur non id opinantur esse de fide Virginem sanctissimam fuisse ab Origine praeservatam. Altius ergo est declarare Virginem non comprehendendi in scripturis de originali universaliter agentibus, altius desipere ut dogma fidei Virginem fuisse ab originali praeservatam. Quare illud primum potius Ecclesia definire ut recte argumentum 3<sup>o</sup> et praeципuum a nobis propositum demonst

urare uicem, non tamen Soc. 2<sup>o</sup> quia non sequitur  
ex p<sup>c</sup> et aliunde, non datum sufficiens fundamentum  
ut de fide discernatur. Ceterum omnino uerum exi-  
stimo, quod si semel Ecclesia definiret de fide B. Vir-  
ginem non comprehendit in locutionibus universalibus  
scriptura qua de peccato originali agunt, eo ipso ma-  
neres de fide certum, illam originale peccatum non  
contraxisse. Hoc autem dupli fundamento ostendo,  
P.<sup>o</sup> est, quia quoties in materia doctrinali Scriptu-  
ra simpliciter loquitor, talis locutio Sabes uim exclu-  
sive quod illa qua non comprehendit, Ergo si Ecle-  
sia de fide definit proportiones scripturae univer-  
saliter assertae omnes posteri Ad labem origina-  
li inquinari. Beatissimam Virginem non includere,  
et Hunc esse sensum illarum propositionum a Spi-  
tu Sancto intentum, plane sequitur; eadem propo-  
sitiones scripturae Virginem non includentes, eam  
a peccato originali exclusere, es consequitur esse de  
fide Beatissimam Virginem non fuisse inquinatam  
labore Originali, sed patius Divino beneficio praeseverata.  
Consequens Siuus argumentum manifesta est, Ante  
debet enim probatur a parte variis exemplis. Et P.<sup>o</sup>  
quia non solum eis de fide dari tres Personas Divi-  
nas ut Sacra Scriptura tradit, sed etiam esse de fide  
non esse plures quam tres, et Soc. non aliunde nisi  
quia scriptura docet esse tres personas, neq<sup>z</sup> unquam  
plures.

plures locis. Et quamvis in Divinis litteris non  
 assertatur Trinitas Personarum, cum particula ex-  
 clusiva (plurium) ut patet ex Matt. ultimo et p.<sup>a</sup>  
 Joan. 5<sup>o</sup> Cjai 6<sup>o</sup> et Apocal. 4<sup>o</sup> Deo. 6<sup>o</sup> p.<sup>a</sup> 67. m  
 men omnes DD. Scholastia et Sacri intelligunt pra-  
 cisam numerationem Trium Personarum que in Son-  
 poura Sabetur, Sabere vim exclusivè, ut videtur est  
 apud Iuar. lib<sup>o</sup> p.<sup>a</sup> de Mys. Trinio. cap<sup>o</sup> 10<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>  
 Exemplum sic in Persona Divina incarnata, Ex eo  
 enim quod Sacra littera tradunt Verbum Divinum  
 Incarnatum fuisse, et nunquam de alia Persona Di-  
 vina asseruerunt, sequitur esse de fide non solum  
 Verbum Divinum fuisse incarnatum, sed etiam nulla  
 aliam Personam Divinam incarnationem fuisse, quia  
 Scriptura tradens Incarnationem Verbi, eo nullam a  
 liam Divinam Personam incarnationem memorans, pe-  
 vindicet ac si alias existere posset. Unde reuictus Ful-  
 gentis lib<sup>o</sup> de fide ad Pet. cap. 2<sup>o</sup> Secundum carnem  
 filium solum namque castigat fides et credit et pro-  
 dicat. 3<sup>o</sup> De fide est, non tantum Universum Socie  
 a Deo conditum sed etiam non fuisse alios mundos  
 a Deo creatos, quia scriptura tradens universum Socie  
 a Deo creatum nec aliud memorans censetur docere alios  
 mundos a Deo conditos non fuisse, quia simplex est pra-  
 cisus locutus in materia doctrinali Saber vim exclusivè  
 in sacris litteris. Ergo similiter ut ad rem nostram ve-

ni amus si regula infallibilis fidei nostra definiret in locutionibus Sacra Scriptura de peccato Originali agentibus in universam propaginem. Ad amī transpuso Beatis: simam Virginem non comprehendēti, eo ipso censerebūt à peccato Originali exclusā in quidem Sacrarum litterarum propositionibus, quia in materia doctrinali locutio Scriptura precia et simplex. Sabet vīm exactitudini ea quae non comprehendēt, ut satis zapērā allatis exemplis probatrum manet et permulta Concilia intellexerunt. Nam declararunt de fide esse tres tantum Personas Divinas, nec plures, et solum Verbum Divinum inter Divinas Personas Sominem factum, ut ea materia de Trinitate et Incarnatione constat, ubi Sacra conclusio adducitur. Ergo similiter de fide maneret B. Virginem non conoraxisse Originale, si de fide fore, universales locutiones scripture quoad peccatum Originale de omnibus filiis. Ad loqui Virginem tamen in illis nullo modo comprehendēti. Et confirmatur, quia si sacra scriptura omnes possent Adam sub peccato Originali comprehendēt, solum Virginem non includeret, id non ex alio capite dimanaret quam ex dignitate Matris Dei quā insignita fuit, ad suāmodi uero dignitatem spectat ut scripture ita B. Virginem non includeret ut etiam ab illo excutueret, aliter si ze uera B. Virgo originale contraxisset, nulla esset ratio ob quam in saceret, quia dignitas Matris Dei non consistit in hoc ut occulteretur pec-  
casum.

catum ab illa contraria, præterim in sacris litteris  
qua omnia vere et syncretice docent ad materiam doctrinæ  
nalem pertinens, sed quod illud non contrariis id quæ  
scriptura tradidit, non includendo illam inter posse  
nos Adam peccato originali maculatos. Ergo certissi-  
mum esse debet, si semel de fide decernatur Beatam  
Virginem non includi in prædictis proportionibus de  
peccato Originali, eo ipso definita de fide ipsam pecca-  
tum Originale non contrariu, et scripturam sacram So-  
ipsum, ipsam mox suo tradidisse querimus de ceteris lo-  
quendo Dei Genericem non comprehendendo.

2<sup>o</sup>. Fundamenorum et ratis aperiorum est, quia O-  
riginale peccatum est transfusum à primo Parente in  
prolem, non vero ab ipsa prole productum, qua veritas  
eo de fide definita in Tridentino sette. 5<sup>o</sup> in Decreto  
de peccato Originali et probat ex Apostolo ad Rom. p.<sup>r</sup>  
Per unum Sominem peccatorum intravit in mundum.  
Ad Cœs. 2<sup>o</sup> Eramus natura filii iudicati est in i-  
psa originali. et ps. 50. In peccatis concepit me mact  
mea. Ergo si de fide constaret originale peccatum  
non fuisse transfusum in Virginem à p.<sup>r</sup> Parente, pari  
modo de fide certum esset B. Virginem non habuisse O-  
riginale peccatum, si quidem peccatum Soc non aliunde  
productum quam ex p.<sup>r</sup> Parente per transfigurationem: consta-  
ret autem de fide non fuisse originale peccatum trans-  
fusum in Virginem ex primo Parente si Ecclesia definie-

et Sacra litteras assertores ea transgressionem Adami  
transfundi peccatum in omnes homines nullo modo B.  
Virginem comprehendere, et declaratur amplius quia pec-  
catum vel est actionis, vel originis. De peccato actionis mi-  
do non agimus. Et procerum certum est in B.<sup>ta</sup> Virgine  
non habuisse locum, quia ipsa tenet Ecclesie ut Concilium  
Trid<sup>um</sup> testatur. Peccatum vero originis non aliunde sa-  
besur quam ex inobedientia primi Parentis, ergo si B.<sup>ta</sup>  
Virgo ex primo Parente Originale peccatum non contra-  
xit, plane illud non habuit, nisi forte quis diceret, Deum  
immediatè illam maculasse, quod etiam est contra fidem  
et omnino impium, quid ex fide consensit, Deum nullo  
modo esse auctorem peccati, et contra fidem esset fingi-  
re aliquid originale peccatum diverso modo productum  
ab eo quem scriptura tradidit, nimisrum, ex inobedientia  
Adami, sicut esset contra fidem fingere alias Personas Di-  
uinias, vel aliam Incarnationem diversam ab ea que in  
sacris litteris traditur.

Ex quibus concluditur, non procedere coherenter qui  
asserunt posse Ecclesiam aperire verum sensum scrip-  
tura agentis de peccato originali et declarare de fide u-  
trum in illa B. Virgo comprehendatur nec ne, et tamen  
negant posse definiri de fide. Verum B. Virgo fuerit pra-  
seruata vel potius mundata ab originali peccato, nam re  
vera hoc posterior sequitur ex priore ut probatum est.  
Neque enim ego aliud vellem pro causa Virginis sunda-  
notandum. er

et sub certissima fide asserenda quam ut summus Pon:  
 tifex, ut regula infallibilis, declarares B. Virginem  
 non comprehendendi in locutionibus Scripturae de peccato  
 Originis tractantis, nam eo ipso de fide manens illam O.  
 riginale non contraxisse, et si aduersarii non recusat,  
 possumus omnes a Sede Apostolica ut infallibili autor:  
 ritate qua possit ad iudicium de uero sensu scripturæ,  
 illum notis aperies et declareris in locutionibus universa:  
 libus de peccato originali. Soc ipso enim omnis contro:  
 versia penitus extinguitur, quia nullus dubitabilis assie:  
 nere Virginem non contraxisse originale peccatum si  
 infallibiliter constet illas universales propositiones. B.  
 Virginem nullatenus includere, quis nullo alio fundam:  
 nitur qui originale peccatum in B. Virgine agnos:  
 cunt, prater illas quod sumitur ex universalibus pro:  
 positionibus Sacrarum litterarum et Patrum, a qua uni:  
 versalitate non ducant Virginem excepere quia putant  
 exceptionem aduersari, uel certi non ita conformari uni:  
 versalibus propositionibus scripture: quocirca, si Soc  
 fundamentum semel auferatur, indubitanter omnes am:  
 plerentur sententiam de immunitate B. Virginis a la:  
 be originis.

Quapropter si verum esset Tridentinum Concilium  
 demonens non esse sua intentionis comprehendere  
 B. Virginem in decreto de peccato Originali eo ipso  
 docuisse universales propositiones scripture de eodem

peccato agentes eandem Virginem non comprehendere  
iam nulla esse posse controversia de præservatione  
Virginis à peccato originali ut constat ex dictis; Sed re  
vera Concilium dum illud ad monitis solum volunt non  
Subiisse intentionem comprehendendi in suo Decreto B.  
Virginem sicut nec excipiendi illam à peccato, et conse  
quentes neque intendisse declarare illam comprehendendi in  
universalibus propositionibus scripture quas in suo  
Decreto Concilii inseruerat, Sinc tamen minimè sequi  
tur declarasse Concilium Tridentum B. Virgo excipienda  
fores ab illis locutionibus scripture, quoniam aliud  
est nolle declarare illam comprehendendi, aliud declarare  
non comprehendendi in prædictis propositionibus, et hoc  
2<sup>o</sup> non sequitur ex proptere ut consideranti pastorio: quo  
circa Concilium declarauit quidem Virginem infus De  
creto non comprehendendi, et ideo est hoc in fide certum  
ex declaratione Concilij, non tamen declarauit non  
comprehendendi in propositionibus universalibus scripture,  
sed potius ab huiusmodi declaratione prorsus abstinevit  
si enim declarasset, totam controversiam penitus abo  
lere, et de fide maneret B. Virginem originale pecca  
tum non contraxisse. Nequic sequitur, intentionem Con  
ciliij fore contraria intentioni scripture, ut inter ar  
gumentorum inferatur, quia Concilium limitata sua  
intentionem ad Decretum de peccato originali quod ei  
dicit, non vero ad scripturam sacram à cuius explica  
tione

tione et declaratio[n]e tradenda abstinuit, quia nonnum  
voluit rem definire de fide, sed potius approbare consti:  
tutiones Sixti q[ui]as eodem loco innovat, in quibus di:  
cunt controv[er]siam Sanc[n]um nonnum esse ab Ecclesia decisam.

## CAPVT II.

Refelluntur qui asserunt posse  
quidem hanc controv[er]siam defini:  
ti definitione fidei, non tamen quo:  
ad partem quæ Beatam Virginem  
ab Originali præseruat.

**S**uperiori capite monstrauimus contra Canum et  
alios Recensiones posse Sanc[n]um controv[er]siam per Ec:  
clesiam definiri de fide quod[am] alteram partem. Hunc  
superest examinandum quenam pars huius controv[er]sia:  
ris in his circumstantijs definienda videatur si ad  
definitionem veniat. In qua dubitatione occurrit  
primo quozundam Thomistarum sententia qui nobis:  
cum conueniunt contra Canum, in asserendo, posse Sanc[n]um  
controv[er]siam ad unam partem definiri, adiungit tamen  
debere definiri quod illam que negat Beatam Vir:  
ginem fuisse ab Originali præseruat, non tamen  
quod partem que affirms fuisse præseruatam. Si

1133377

vant Bartolom<sup>us</sup> Med<sup>us</sup> in parte quod 27<sup>a</sup> art<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>:  
colum 12<sup>o</sup> et versiculo sed circa in qua res enim Itum  
expeditat definire rationem partem praedicarum connumer-  
aria ita scripsit: Si aliqua pars Suius controvrsia de-  
finienda est, certe affirmativa pars esse definienda: si  
quidem Saber pro se scripturas sanctas quoniam ruderis,  
Saberq; commissariam sententiam omnium Sanctorum P<sup>o</sup> es  
paulo ante dixerat idem Med<sup>us</sup> Gaetanum in opusculo  
sup<sup>i</sup> cap<sup>t</sup> circa de Conceptione ad Leonem X<sup>m</sup> respondit:  
te non expiri imo non posse Ecclesiam definire quod.  
Virgo fuerit ab Originali praeconciata, idque merito dictum  
a Gaetano idem Med<sup>us</sup> assertio: Nam (inquit) si Sane pars  
definiisse Ecclesia sua definitione omnes SS<sup>o</sup> Patres anti-  
qua Ecclesia condemnasset: Itanc Medina sententiam  
nonnulli recentiores ex Dominicana Familia (si verum  
est quod audii) modo amplectentur. Verum, quod atq;  
nes ad Gaetanum iam superiori capite ostendimus, non  
existimare Sane controvrsiam non posse ab alterius par-  
tem definiti, qui imo oppositum manifeste supposuit:  
se que speraret quod ea pars approbanda esset pro qua  
scripsit, nimurum B. Virginem non fuisse praeconciata,  
tuo mundasam a macula originali. Verba Gaetani sunt:  
Evidenter certior pars credens B. Virginem ab Origi-  
nali peccato mundasam in zINU Sanctorum et Sacro-  
rum Doctorum prisorum quiescens, nisiisque ibi me-  
tuens; quin potius sperat si decernendum aliquid sic  
se

re ipsam ut probabiliorem et SS. DD. dictis consonal  
approbadam. Et similiter Turrecremata superiori  
capite citatus a Sacrosancta Synodo postulabat defini-  
tionem, paratus submittere omnes questiones et Catholicorum  
dicta definitione infallibili Concilij a quo flexis  
genibus postulabat, ut prafarum controversiam de-  
finiret et addividat. Sane ex suis questionis deter-  
minatione, magna salutis, pax, et tranquillitas, et in-  
tegritas Religionis expectatur in populo Christiano.

Ct sane indecorum, est quod aliquis Catholicus co-  
decent aliquam controversiam posse per Ecclesiam de-  
finiri, firmius apud se statueret quoniam pars definiti  
posita, quoniam usque iam superiori capite monuimus, fir-  
miter definire quoniam pars in questionibus fieri defi-  
nitio sit ad illum tm pertinet ad quem ipsa defini-  
tio spectat, non vero ad assertores. Suis vel illius par-  
tis controversia de qua agitur, quia huiusmodi asserto-  
res sunt veluti litigatores, qui non profere in cau-  
sa sua, sed spectare sententiam a legitimo iurice de-  
bet, et cum sint Catholicci, omnino pavati esse debent  
ad eam partem controversie amplectendam ut certi-  
simam, et usq; ad extremum ultra spiritum tuendam  
pro qua Summus Pontifex definitiunam sententiam  
tulerit, sive sit illa, pro qua ante rugnauerant, sive  
quam totis viribus impugnauerant. Ebenim uni de-  
finitioni Romana Ecclesia ut potè Spiritus Sancti

ccccccc  
3333333  
3333333  
3333333  
222222  
222222  
222222  
222222  
222222  
222222

333333  
333333  
333333  
333333  
333333  
333333



infallibili assistance munera omnes humanæ rationes  
tamen ciuidentes appareant subiecti sunt, quoniam  
carinare debemus collectum in obsequium fidei quod  
de eo verum est ut licet quis existimat evidenter Deus  
sibi aliquis reuelasse, debet nihilominus esse paratus  
ad amplectendam definitionem Ecclesie licet contra-  
ria sis: quia potius debet credere illam quam existi-  
mabat evidenter reuelationem Diuinam fuisse illusio-  
nem, quam à definitione Ecclesie dissentire. Inde se-  
cologi tradentes indicia ad dis noscendum Iturum reuela-  
tio privata sio vera vel illusoria, unum est, ex preci-  
pui. An facta tali reuelatione, sentiant promptitudine  
animi ad amplectendum quicquid universalis Ecclesia  
definierit in ea materia de qua putant Deum sibi  
aliquis reuelasse: si enim Sanc promptitudinem non  
sentirent eo ipso iudicare possent eam non esse Diui-  
nam reuelationem, sed potius Damoris, aut late ma-  
ginativa deceptionem. Et idcirco dixit Apostolus ad  
Galatas 2: Licet nos aut Angelus de celo Euangelizet  
utobis præterquam quod Euangelizamus utobis arabi-  
ma sio. Ceterum quamvis impossibile esset, supposita na-  
tuterenzia Dei ut Paulus aliter euangelizarit, et  
similiter ut Angelus de celo si est beatuus id faceret,  
attamen etiam posito hoc impossibili adhuc semper  
retinendum Euangelium iam promulgatum et Catholicis  
ca fidei temet crebitum. Et s. Bon. in illud ad Rom.

Vice Turre  
crem in fol.  
ad Rev. 5.  
Brygitt.

10.) Quomodo praedicabunt nisi mittantur, docuit. Tame  
meti quis futura praediceret vel miracula faceret in  
confirmationem doctrinae contrariae nostrae fidei, non  
propterea sufficienter monstrare se esse missum a Deo.  
quod egregiu[m] probat ex illo Deuter. 15.: Si surrexe-  
rit in medio tuo Propheta et praedixerit signum atque  
portentum, et euenerit quod locutus est, et dixerit  
tibi eamas, eo sequamur Deos alienos, non audiatis  
verba illius. Cum ergo certa fide Sabeanus ad Cœle-  
stiam velut ad infallibilem regulam recurrentem pro-  
controversijs fidei durimendis, et firmissime statim  
esse illius iudicio, plane sequitur, Indignum esse viro  
Catholicu[m] ita advenire uni parti controversia ante  
definitionem, ut firmius asseveret non posse alteram  
definiri, quia hoc modo non esset bene dispositus ad  
insciendum definitionem fidei, si forte pars opposita  
definiretur, et aliunde in praedictato iudicio de parte  
definienda cum firma adhesione usurparet qui ita se  
gereret officium regule infallibilis ut Garelici faciunt.  
et propterea in gravissimos errores prolabuntur.

|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||

|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||  
|||||||

151  
152  
153  
154  
155

Quod si aliquis dicat, Medianam non firmius in-  
tulisse suam sententiam definienda si ad definitionem  
illius controversie veniretur, sed solum id probatibus  
sperasse ut Caiet: sperabat, quod omnino licet qua-  
do sati probabilita fundamenta Sabentur, si quis in-  
quam ita dicat, illud obstat, quia id non probatibus

Dei certo Med. affirmasse dicitur, cum asseruit: Certe  
affirmationem parvam esse definitam si aliqua pars  
definita foret. Quibus verbis particula illa (cer-  
te) non solam probabilitatem sed certitudinem exi-  
gimatis impozat. Et de ea ostenditur ex alijs ver-  
bis euidenius assertio asserens: Si Ecclesia definiens  
B. Virginem fuisse præservatam ab Originali, tali defi-  
nitione condemnatur omnes. Si. Patres antiqui Ec-  
clesie, quo ostendit Medina firmissime asseruisse  
non posse Ecclesiam illud definire, quia certissimum est  
Ecclesiam nunquam condemnaturum omnes. Ss. Pres  
antiqua Ecclesia.

Quocirca ego dico in hoc capite, ostendam P.<sup>u</sup>  
quam falsa sint fundamenta Medina ad assertendum  
non posse Ecclesiam definire Virginem præservatam  
fuisse ab Originali. 2<sup>a</sup> Monstrabo potius in his  
circumstantijs diversi (quoniam Sumanus discursus  
assequi potest) si ad definitionem veniat omnino  
definendum esse Virginem fuisse præservatam: tem-  
per tamen paratissimi ut Catholicis erimus ad susci-  
piendam definitionem Ecclesie pro qua pars con-  
troversia illa feratur, firmissime credentes, Definitio-  
nem Ecclesie esse Diuini Spiritus attestacionem cui  
falsum subiici non potest, ne incidamus in absurdum  
quod paulo ante in Med. representavimus.

Primum igitur ostendam examinando funda-  
menta

mensa quibus Medo ciato loco asservis non posse  
definiri Virginis Preservationem ab Originali, qua  
tria sunt. Primum quia sententia que assert B.  
Virginem fuisse conceperam in Originali, habet pro  
se scripturas sanctas quantum dicitur, et communem  
sensum omnium SS. Patrum. Et contra vero proprie  
teruatione Virginis ab Originali nulla sua script  
ura autem aut revelationes antiquae Ecclesia  
vero in definiendis rebus fidei non uitatur novis ree  
lationibus, sed testimoniji Sacra scripture et Sancti  
rum Patrum.

2<sup>o</sup> est: Quia Papa nungam uoluit determinare,  
nec etiam Concilia Virginem fuisse præteriu  
tam, non obsoanc illo Orbis consenuit quod autores  
contraria opinionis objiciebant.

3<sup>o</sup>. Quia si Ecclesia illud definiret, omnes SS.<sup>m</sup>  
Præs antiqua Ecclesia condemnaret, quod fieri non po  
tess. Atq; ex his infest Medina, si aliqua pars  
huius controversia definienda foret, certe affirmari  
esse definitam, si quicquid habet pro se scripturas sa  
cras quantum dicitur, et communem sensum omnium  
SS. Patrum, nullum tamen testimonium in particula  
ri profert sive scripture sive Sacrorum Patrum.

Hæc vero fundamenta planè non substant. Ad  
Primum enim dicimus, Sacras litteras nungam docu  
isse B. Virginem originali peccati maculatam fuisse

cccccc  
cccccc  
cccccc  
cccccc  
cccccc

mentione non  
existeat  
poco de se. Non  
ad hanc non  
est ad hanc  
est mentione  
dicitur inde

Contra haec nolentem  
non respondere non  
nisi obtemperare. Non  
ad hanc non  
est ad hanc  
est mentione  
dicitur inde

85

Deo tantum universaliter omnes homines peccatum originalis incuruisse ut pars discurrendo per scriptura testimonia in quibus de peccato originali agitur. Job 21: Hoc manus a zorde nec infans scit. Ad Rom. 3: Per unum hominem peccatum intravit in mundum scilicet et iterum sicut per unius delictum in omnes homines. Et Ad Rom. 3: Omnes peccaverunt et ejus gratia Dei. 2: Corint. 15: Sicut in Adam omnes moriuntur ita in Christo oes vivificantur. Et 2: Corint. p: si Christus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt (scilicet peccato) Ad Ep̄es. 2: Eramus natura filii iracundus et casti (id est omnes) ad Galat. 3: Conclusit scriptura omnes sub peccato et visetur magis urgere illud. Psal. 87: ubi agitur de Christo Domino, et dicuntur inter mortuos liber. Ex quibus verbis colliguntur nullum exceptendum a morte peccati. Originalis nisi solus Christum Domini numerus.

Cum igitur scriptura solum universales locutiones de peccato originali traducit, recte intelligatur de universalitate legali que optimè coquaret cum rationabili exceptione ob speciale privilegium, quod merito postulat dignitas Marii Dei, et quasi exigent visetur. Simili ratione licet scriptura universaliter cognoscimus docent nullum adulterium esse liberum a peccato actuali, nihilominus Concilium Tridentinum iuste 6<sup>o</sup> cap 23<sup>o</sup> ut ultimus docuit Ecclesiam tenere B. Virginem non quam

Dicit Aquinum  
Lucas 1: 3: q: 5:  
art: 2: 2: et 4:  
ut ueris solat: ones ad loca cur: scriptura lat: experient et remittit

quam peccasse venialiter, quia merito excipiuntur of  
 singulare privilegium ab illa regula universali Iordan.  
 p. Si luxerimus quoniam peccatum non habemus nos  
 ipsis redimimus. Jacobus 3. Non nullis offendimus omnes.  
 p. Et in oratione Dominicana pro omnibus intonata  
 Dimittit nobis debita nostra. Psalmus 13. Omnes de:  
 clinaverunt simul inimici faciunt uno, non est qui fa:  
 cit bonum non est usque ad unum. Genes 5. Omnis  
 quippe caro corrupera itam suam. Unde Concilium  
 Milieuitanum can. 6. et 8. definiet, neminem cui si:  
 ne peccato, et n. Iohannes Tr. sese def. can. 23. do:  
 ceo Ecclesiam tenere B. Virginem non quam peccasse  
 quod iam eum de fide a Concil definitione docet. Contra  
 lib. p. que 44. concl. p. Sacra. tom. 2. 3<sup>a</sup> pars.  
 dico. 4<sup>a</sup> sectione 4<sup>a</sup> Basqu. tom. 2. 3<sup>a</sup> pars. dist. 120.  
 capite p. et supponio hęga 42. in Trid. c. 18. Aegidius  
 Lusit. lib. 4. que p. art. ultimo § 2. Et Probaur. L.  
 quia quod Ecclesia tenet in materia pertinente ad fidem  
 ex definitione, nec Ecclesia tenet ut testatur Tridentinus  
 virginem nunquam peccasse etiam venialiter. Ergo hoc  
 est de fide, quia doctrina Sacra versatur circa materi:  
 am ad fidem pertinentem, quia de fide est sine spe:  
 alissimo privilegio, neminem posse uitam ducere si  
 ne peccatis venialibus, ut constat ex sacris litteris  
 alliorum, ex Concil. Milieuitano definitione 129. Trid. m.  
 similiter Soc. ipsum definiens docuit in exemplum

Concilium milieuita:  
 num definit ave:  
 nalisq; omnib; sine  
 magno privilegio null  
 abstineat postea. et tam  
 Trident. in Virgine  
 Soc. prae privilegium dedit.

17

singularissimi Privilegi Beatissimam Virginem: ac  
proinde direcere et perse non vero obiter et quasi ali:  
us agens docuit, B. Virginem ab omni peccato actuali  
fuisse præseruatam, ac proinde hoc ad fidem pertinet,  
non obstante doctrina universalis scriptura. Ergo simi:  
liter non obstatunt propositiones universales de peccato  
originali quo minus B. Virgo ex Privilegio speciali exci:  
patur, praetertim quia maiora sunt motiva ut ab ori:  
ginali quam a venialibus excipiatur, ut iam capite  
p<sup>o</sup> ostendimus, quia originale magis pugnat cum Digni:  
tate Matris Dei.

Præterea ut vel ipse Canis 7<sup>o</sup> de locis cap<sup>o</sup> 3.<sup>o</sup> §  
4<sup>o</sup> conclusio notavit. A lege universalis scriptura per sin:  
gulare privilegium unam Dei Matrem excipere sacra:  
rum litterarum Fidei nullo modo aduersum est; alioquin  
cum Sacra littera in unum clamant: Non uidet me  
Somo et uiuet. Deum nemo uidit unquam, qui Paul:  
um vel Moysem exciperet ut s. Thomas et August:  
excepérunt, contra sacras litteras pugnasset. quod vel  
ipsi Thom. & manifestum dicabunt absurdum. Ribil  
ergo obstant universales propositiones scriptura quo  
minus possit definiri Beatam Virginem fuisse præser:  
uatam ab originali sicut et definitum est Cœlesiam te:  
nere nunquam venialiter peccasse non obstantibus uni:  
versalibus propositionibus scriptura de peccato actuali.  
Fallantur enim aduersarij in eo quod inferunt in Sunc  
modum

modam: Scriptura loquens de peccato originali univer-  
saliter Virginem non excipit, ergo illam comprehendit.  
cum potius debet inferre scriptum loquens de peccato  
originali universaliter in ea universalitate Virginem non  
expressio, Ergo excipi debet ob singulare privilegium  
et dignitatem, sicut excipitur ob eandem dignitatem  
a peccatis actualibus. Hinc vero Ps. 87: quod magis  
urgebas Innot mortuorum liber, ubi tantummodo Christus  
excipitur, intelligitur de libertate a peccato ex vi sua  
natura et per se: Virginem vero non ira facimus libe-  
ram a morte peccati originalis sua natura et virtute,  
Ego Privelegio Divina gratia ei liberaliter concessi ob  
merita filii et ratione sua dignitatis, ad quam electa  
fuit. Unde etiam illa consequentia apostoli: Christus pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt ul-  
tra alios. Interpretari generaliter exponi potest. omnes  
pro quibus Christus mortuus fuit supponi mortuos  
quantum est ex vi natura ab Adamo naturaliter pro-  
pagata, quod non tollit quoniam Virgo B. per gra-  
tiam verissima redempcionis fuerit liberata, ab ea mor-  
te peccati originalis incurruenda.

Quod attinet ad S. P.P. nimium excessus M. c. u.  
dixit: omnes docuisse B. Virginem contraxisse origina-  
le peccatum, quin imo, nullum inuenio ex antiquis PP.  
qui expressu et indubitate id docueris, imo uno vel  
altero excepto, reliqui, vel B. Virginem ab originali pa-

= Ad. PP. Testimo  
ria.

seruabant dicunt, vel certe Suis sententia non parum faverent  
ut videre est apud autores citatos initio capitis praedicto-  
rum. Itaque PP. solum universaliter dicunt, omnes ori-  
ginali peccato inquinari, quod non tollit Privilegium  
B. Virginis speciale; neq; in hoc alius docens quam id  
quod sacre littere tradunt, ut supra diximus, et tamen  
